



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXX. Markgraf Ludwig weist denen von Wedel und von Brederlow zur Tilgung seiner Schuld Hebungen aus Dramburg, Arnswalde und Reetz an, den 16. März 1340.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

est, ut sequitur, in hunc modum, videlicet quod de omnibus manfis meis, quos in feodum habeo et teneo ab illustribus principibus dominis ducibus Stetinenfibus, singulis annis in festo Martini de quolibet manfo tres solidos denariorum vsualium pro decima exsoluere debeam, sicuti in terra Doheren fieri est consuetum, De quibus domini Canonici memorati et ecclesia duos solidos tollant pro decima sua et tercio solido michi referuato, De quo per eosdem dominos sum legitime infeodatus, quarto vero manfo gracia possessionis semper libero remanente. In cuius rei euidentis testimonium sigillum meum presentibus duxi appendendum ne rixa vel dissencio inter dictos dominos Canonicos et ecclesiam et me ac meos heredes oriatur in futurum. Datum et actum Cörlin, anno domini Millefimo tricentesimo quadagesimo, feria secunda proxima post dominicam Inuocauit.

Nach dem Saminschen Copialbuch des Pommerschen Provinzial-Archives.

XXX. Markgraf Ludwig weist denen von Wedel und von Brederlow zur Tilgung seiner Schulden Gebungen aus Dramburg, Arnswalde und Retz an, den 16. März 1340.

Nouerint etc. Quod nos Ludowicus etc. audita et cognita computatione strenuorum virorum Hassonis senioris de Wedel et Tidekini de Brederlo, officiorum nostrorum, ipsis Hassoni militi, Wedekino de Wedel, Henningo de Brederlo ipsorumque veris et legitimis heredibus vltra singula et vniuersa occasione guerre et dissensionis cum Ottone et Barnym, ducibus Stetinenfibus, et quecunque alia nostri nomine distributa seu percepta in mille marcis argenti Brandenburgensis et ponderis minus XXX duabus marcis obligati remansimus et presentibus remanemus. Deputantes ipsis ipsorumque veris heredibus in solutionem debitorum premissorum contributionem siue pensionem annuam solite nobis debendam ciuitatum nostrarum Arnswold, Drauinburg et Retz a die solutionis debite per sex annos continuos sine recufatione qualibet ipsis integraliter ministrandam. Volentes tamen quod Arnswold, ciuitas nostra predicta, debendos redditus solum per quinquenium ipsis erogare debeat, ciuitas vero nostra Retz in expositione pensionis sue anni sexti VIII marcas tenebitur pro nostris vsibus referuare. Addicientes etiam, si in ipsorum computatione aliqua incidisset ignorantia vel negligencia, quod non credimus, illas secundum iuris exigenciam, prehabita prius inquisitione et scrutinio maturo, poterimus, dum decreuerimus, emendare. In cuius etc. Testes comes de swarzburg, Iohannes de Büch, Henricus de Rischach, Hele cum ceteris. Datum Spandow, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XL<sup>o</sup>., feria quinta ante dominicam oculi.

Nach einem Copialbuche des Gesh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.) und Diekmann's Sammlung f. 282.